



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Injuria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

Ingratitudo.

Ingratitudo ex contemptu magni beneficii, grave est peccatum, quod pauci reputant.

Injuria.

Non tenetur quis remittere debitam sibi pro injuria satisfactionem; nec verò potest, si est subditus alteri, ut uxor, filius, religiosus. Potest verò collegium regulare, factam religioso injuriam, remittere ipso etiam reclamante, secus est de seculari, ut Canonorum, Syl. *ver. injuria n. 7.*

Injuriam repellere licet, etiam percutiendo, si id opus sit ad necessariam defensionem, post acceptam tamen injuriam, non licet repercutere ad vitandam ignominiam, D. Thom. & Cajet. 2. 2. q. 108. art. 1. vid. Syl. *l. c. num. 6.* Fum. *ver. eod. num. 5.*

Non facit injuriam, qui ut aliquem à testimonio ferendo, aut beneficio consequendo, repellat, vocat verè furem, aut homicidam, cum animo denuntiandi, aut accusandi, utitur enim jure suo, dummodo id non ex odio, & coram iudice comperente faciat, & crimen non sit occultum, sed probari possit, Fum. *l. c. num. 3.*

Derisio ob contemptum gravior est contumelia, hæc autem gravior detractio. Hæc Ema Sa in aphorif.

Interdictum.

1. Interdictum est Ecclesiastica censura, qua homo separatur à perceptione quorundam sacramentorum, à divinis officiis, & à sepultura Ecclesiastica. Triplex est interdictum: locale, quo directè interdicatur locus: personale, quo prohibetur populus vel aliqua persona particularis audire divina officia: mixtum, quo interdicatur locus & persona, *ro. 1. de Interdicto, disp. s. punct. 1. n. 1. & 2.*

2. Hæc tria interdicta sic inter se sunt diversa, ut interdicta Ecclesia, sacerdotes possint in alia Ecclesia persolvere divina officia. *Ibid. n. 2. & 3.*

3. Interdictum quo interdicatur aliqua parochia alicujus oppidi, vel civitatis, in qua sunt aliæ parochiæ, non est gene-